Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Concessio Callisti Papae II. Henrico Imperatori Facta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Visual Library

ANNO CHRISTI 1122.

Theobaldus marchio.
* Cynulphus comes palatinus. * Ernulphus
* Otbertus comes palatinus. * Orbertus
Berengarius comes.
Godefredus comes.

Ego Fridericus Colonienſis epiſcopus & cancellarius recognoui. Hoc autem priuilegium aureo ſigillo ipſius imperatoris munitum in archiuis Romanæ eccleſiæ tenetur reconditum.

CONCESSIO CALLISTI PAPÆ II. HENRICO IMPERATORI FACTA.

Ego Calliſtus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio ſuo Henrico Dei gratia Romanorum imperatori Auguſto concedo electiones epiſcoporum & abbatum Teutonici regni, quæ ad regnum pertinent, in præſentia tua fieri, abſque ſimonia, & aliqua violentia: vt ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, metropolitani & prouincialium conſilio vel iudicio, ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum a te recipiat, exceptis omnibus quæ ad Romanam eccleſiam pertinere noſcuntur, & quæ ex his iure tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus imperii conſecratus, infra ſex menſes regalia per ſceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, & auxilium poſtulaueris, ſecundum officii mei debitum auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus qui in parte tua ſunt vel fuerunt tempore huius diſcordiæ. Data anno milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, nono Kalendas Octobris.

IN [a] CONCILIVM LATERANENSE I.

OECVMENICVM SEV VNIVERSALE NONVM approbatum, trecentorum & amplius epiſcoporum pro pace & concordia inter eccleſiam & imperium ineunda celebratum, anno Domini MCXXII. in quadrageſima tempore Calliſti papæ ſecundi, & Henrici imperatoris V.

NOTÆ.

[a] *Concilium.*] Anno Redemptoris milleſimo centeſimo vigeſimo